

165

M.S.

165
M.S.

155
165

155
165

155
165

1
SERENISSIMO AC ILLUS-
TRISSIMO PRINCIPI
CAROLO ARCHIDUCI

AVSTRIÆ

Joannes Antonius de Franciscis
Goriciensis Doct: Deuotio:
nis ergo . D. D. ~

2
Ioannis Antonij de Franciscis
Goritiensis I.V.D. Sacra
Rom. Cæs. Mattis

FERDINANDI

primi à Sacris Oraciuncula.

In qua pro Serenissimi Principis
CAROLI Archiducis AVSTRIÆ
foelicissimo Ingressu Patri-
am alloquitur †

Serenissimi, ac Illustrissimi Hereditarij
Principis nostri CAROLI Archiducis
AVSTRIÆ dicturus aduentum, et summa
lætitiã, quam ex tam longo desuper tibi
ad Reipub: tuæ pacem, Tranquillitatẽq;
munere concesso animus tuus concipere debet
Goritia Patria mea celeberrima, sanẽ

et non iniuria quidem, uidebor ego aliquibus
onus meis Viribus impar, ac forte temere su-
biuisse, aut me longe Doctioribus, quibus
foeliciter abundas, aliquatenus uoluisse pra-
ferri. Quorum alterum facile illis omne pra-
ter temeritatis culpam concedo, alterum a me
prorsus alienum et esse, et uideri possumo;
Grauissimum siquidem suscepi, ac tantum
negocium, quantum homines ingenio qui
praestant, & singulari Virtute sustinere
uix possent, Gloriam uero alterius mihi
uendicare, aut cuiquam anteferri, quod
hactenus non feci, nec faciam modo. Ca-
terum satis iusta haec ad scribendum oc-
casio mihi uisa est, Zelus Patriae, &
Serenissimi Principis seruitia, nam quis
(quarso) talis, ac tanti Principis aduentu
accumulati, ac pro ratione Celsitudinis

3
suae satis explicare, ne dicam exornare
posset! quis insperatam laetitiam, quam
fidelis Populus parturit ex noui Prin-
cipis sui appulsu satis uerbis consequi?
certe nemo, nisi qui et Doctissimus, & fa-
cundissimus, & in omni scientiarum genere
uersatissimus sit, is ego cum prorsus esse non
potui, illi optimo ea, quae hic mihi dicenda
sunt, integra relinquo. Igitur hic non
Patritij Viri, aut Comitis alicuius, sed ter-
maximi Principis o Patria expectabatur
aduentus, Is filius fuit **DIVI FERDI-
NANDI CAESARIS** semper Augusti,
cuius sanctitas, clementia, Pietas, & Re-
ligionis Zelus adeo nunc per uniuersum Ter-
rarum orbem etiam ab hostibus concelebratur
perpetuo duratura, ut sacrosancta Ro:

Ecclesiae primogenitus Pater Patriae, et Prin-
ceps almae Pacis ab omnibus merito salutetur
& habeatur. Serenissimus inquam Princeps
noster CAROLVS uere illius est filius non
minus Fidei, quam Prouinciarum harris, ac
CAROLI defuncti Patris foelicis recorda-
tionis, cuius Augustissimum nomen non sine
pergrandi misterio ad sacrum fontem accepit,
uere nepos, ut qui penè factor omnium redi-
uivam imaginem gerat ut in fide, Religio-
ne, ac Pietate DIVVS FERDINANDVS
Pater, animi uerò Constantia CAROLVS
QVINTVS Patruus iterum nobis reuiuiscat,
quippe quod si Religionem in illo spesces,
Religiosus totus est, qui aliquando pro XPO,
uti robustissimus Rex Dauid unico lapidis
icthi prosternet aduersarium, & Regni Is-
rael perturbatores, si Sapientiam accelerat,

4
ut Rex Salomon prudentissimus in Iuuentute
sua omnibus admirandum aditurus Iudicium,
Si Pietatem, ut Ioseph Aegyptius non modeste
a Fame, & inopia, sed etiam ab omni Tyrani-
de, quam antiquus hostis in haec tempora exer-
cet, liberaturus: si demum potentiam ipsam, &
intrepidi animi Virtute, atq; constantiam, hosti-
bus finitimis, ut quondam CAROLVS terri-
bilis, subditis Christianis Iucundus, & om-
tiosus futurus maiorum more. Sed quid hic
aliqua sigillatim leuissime recensere? In hoc
nostrò Principe adeo omnes dotes, adeo omnia
qua in maximo Principe desiderari queunt,
coelitus infusa sunt, ut sicut olim de Dauide
a DEO dictum perhibet scriptura, ita quoq;
de eo nunc merito Tu Patria dicere potes.
Inueni CAROLVM Principem secundum
uoluntatem meam, cuius cor non eleuabitur
in superbiam super subditos suos, Atque

utinam uel nunc saltem cognosceris Donum,
quod a DEO accepisti, Acquisitionis Popu-
lum utiq; te appellares, Verè etenim mise-
retur tui DEVS, nam quondam uiuebas
catholice, atq; ita, ut saepe fueris DIUO
FERDI. CÆSA. de locor religionè dis-
serenti summa Gloria, at nunc obduc-
ti sunt oculi tui caligine, et in te audiuntur,
quæ priorù ualde animù perturbant. Prop-
terea ergo DEVS OPT. nunc mittit ad
te hunc Angelicum Principem, & Pro-
phetam, quem audias, cui fideliter obedias,
& quem sequaris. Vult te congregare que-
madmodum Gallina congregat pullos
suos sub alis, ne tu electa peras. Caue
itaq; ne tibi quoq; ut quondam Iudeis
obijciatur. Et noluis si! Hoc mediis fidius

tu esto testis, summa DEi dilectionis testi-
monium est, quod te nunc errantem reuocat,
titubantem consolidat, infirmam erigit, &
quietem nunciat, quæ futura est tibi, ac pos-
teris tuis, si catholice vixeris, ac tanto Prin-
cipi (ut debes) Fidem tuam (de qua nunquam
hactenus dubitatum est) ingenue præstiteris.
Quod autem te affligat interim DEVS, crimi-
num enormitati tribuas, à Via etenim Vitæ
declinasti, quod nisi uerum est, quid quæso
de Fide tam irreuerenter, & inuani dispu-
tas! Quid tam insana contra Catholicæ Ec-
clesiæ Matris tuæ instituta meditaris! Quid
caeca de coloribus tam imprudenter iudicas!
Ecce tibi præ oculis splendidissimum totius
orbis speculum, in quo & potes, & debes pro-
fecto fidem tuam contemplari, DIUUS
FERDINANDUS CÆS. Filius eius

Principes gloriosissimi Sal terra, uera mundi lumina, hosce in fide, et obedientia te omnino sequi oportet, hos inquam in terris coelestes homines pro regula habere, quam praetergredi scelus tibi sit, O summum nephas. Ut quid vulgi errorem sequeris? cur quod iniquus homo seminauit a bono Tritico non discernis? quod schismatici gannunt, tanquam CHRISTI verbum accipis? mibi crede plus uis sapere, quam oportet, Ad sobrietatem obsecro, ut Princeps tuus CAROLVS Christianissimus sape. Hac pauca tibi, Patria mea occasione nactus licet admodum digressus, sincere, ac fideliter praedicere Religionis zelus me coegit, quae ut boni consulas, precor. si nemo propheta, attestante Domino: in Patria sua acceptus sit. Sed redeo ad rem de Principis aduentu, et

6
laetitia, quam incredibilem consequi debes. Recordaris utique non dubito Beata mea Patria, quod et ex scriptis maiorum tuorum intelligis plurimos Procures, plurimos Comites alias ad te magnifice ingressos, uerumtamen tu ipsa mihi testis es talis, ac tanti Principis tam gloriosum nunquam hactenus te audiuisset, aut uidisset inuicem, nec crediderim in posterum te visuram. Foelix igitur tanto Principe, Foelix inquam Populus, cui sanctae praesidet, & aeternum praedicanda dies tam auspici accessus, quae totius pene Christiani orbis Monarcha Filium late meruit excipere. Exuro festinans ei in accursum Patria, exulta praeterea, voce, et animo exhibete gratia DEO, O die aduenisti aduenisti desiderabilis, quem legitimum expectabamus heredem, Benedictus qui uenit in nomine Domini,

neq; Lingua tua pro tanto munere Diuine
Maieſtati gratijs agendis unq; fatioctur, la-
titiae tuae nullus sit finis, nullus modus, qua-
tum potes, tantum gaude, quia maior omni
laude, nec laudare ſufficis, Signis ſi voce
non ſatis potes, animi tui deſideriu explicat,
intonet applauſus Iactabunda Fidelitatis teſti-
moniu. Hoc inquam ſi feceris accipies
Benedictionem a Domino, ab ipſo enim
haec ſuprema potestas, Omnis alia eſt.
Age dum Princeps Glorioſiſſime, ouans,
ultra occurrit tibi Deuota Patria, exultat,
ſe ſanguine ſubſcribit, aduentu tuu iunc-
tis, ac ſubleuatis in coelum manibus excipit.
Vota igitur illius ſupplex rogo Tu pro
innata Clementia tua Gratiſus accipe,
eamq; pro ſuſcepti Regiminis auctoritate

7
Viriliter defende, ac paterne protege, Nam
ſe tibi illa proſtratam ad pedes tuos exhibet,
ut mancipium tradit, Iura, & Leges illius
obſecrat, ut clementer cuſtodias, Paternu
affectum erga eam tibi fidelem, ut oſendas
ſimpliciter orat. *Suſpice, Suſpice o*
Patria quam ſereniſſimis Princeps tuus,
ac placidiſſimis te intuetur oculis, quam
paternum erga te animu gerit. An non
loquentem audis! Me Principem, me
Patrem tibi habe. Ergo laudetur DEVS
OPT. MAX. qui Nobis eiſmodi
Principem dedit, diu, ac foeliciter regnet,
ateternum viuat. Et ut DEVS illi ad-
miniſtrandi ouernacula largiter conceſſit,
ſic quoq; Pius, ac Clemens Virtutum
adaugeat incrementa, atq; ei ſemper ad-
eſſe uelit, quo et Tranquilla Pace, diu-

tißime perfructamur, Inquis sit debita obe-
dientia fructus sub tali Principe expe-
riamur. Amen. 

